



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio R.P. Ignatii Balsamonis Societatis Iesu,
Theologi. De Perfectione Religiosa, Et De Vera Recte
Orandi & meditandi methodo**

Balsamo, Ignazio

Coloniæ Agrippinæ, 1612

Pax interior.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48888](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48888)

& mens ad spiritualia prorsus arida redditur.

Quia in re tartareus hostis non minus sæpè quàm perniciosè quam plurimos Dei seruos præposterè relasos decipit, quos in extrinsecis huiusmodi negotijs plus æquò facit occupari, atque interim sui ipsorum obliuisci, vel vt minimum salutem propriã, & spiritus profectum illis postponere, sub specie siue prætextu diuini honoris, salutis animarum, charitatis & obedientiæ: nec aduertunt miseri, se vehementer errare, atque charitatis & naturæ ordinem, quo nosmetipsos magis quam alios diligere tenemur, inuertere. Ac proinde vnicuique prouidendum erit, vt à diabolica hac circumuentione sibi quàm maximè caueat, neque nimis se negotijs oneret, vt temporis aliquid orationi ac meditationi dare queat.

PAX INTERIOR.

QUEM AD MODVM refrenatio
& mortificatio sensuum exter-
norum

horum ad rectè orandum, vti supra diximus, omnino necessaria est: itaque quoque mortificatio internarum passionum: vt meditans caueat sibi ab omni inquietudine, turbatione, molestia, & omni affectione inordinata erga quamcunque creaturam, atque semetipsum in vera pace & tranquillitate spiritus conseruet, illumque tati faciat, vt pro nulla re aut euentu mundi illius iacturam pati cupiat: Quia scriptum est: *Factus est in pace locus eius.* Et aqua si turbata fuerit, nihil in ea cerni potest. *Psal. 79.*

**LECTIO SPIRITUALIS ET
bona corporis dispositio.**

Spiritualis lectio meditationem & orationem mirificè promouet atque idcirco vnicuique ad manum esse deberent libri spirituales, quibus iuxta suam commoditatem & necessitatem stans temporibus vteretur. De his paulo post latius suo loco dicetur.

Sanitas verò & bona corporis dispositio, ita ad exercitiū hoc requiritur,

F S

ritur,